



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis  
Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

Idem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

reditatis successionem accedat. Nullus ei præterea super quocunque negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. Quod si iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec cause aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit ad vocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, eius instrumenta confecta per manum ipsius nullius penitus sint momenti. Adiicimus insuper, quod hereticus per hereticum conuinci possit: & quod domus Patarenorum, receptaculum, & defensorum, & factorum, sive vbi docerint, sive vbi alijs manus imposuerint, destruantur, nullo tempore restituendæ. Datum Padua, xxij. Februarij. xij. Indictione.

R E X regum, Apostatantes à fide catholica penitus execramus, insequimur vltionibus, bonis suis omnibus spoliamus: Et vt à professione vel vita naufragantes legibus coactamus: Successiones tollimus, ab eius omne ius legitimum abdicamus. Datum Anagniæ xv. Kalen. Decembri, Pontificatus nostri Anno quarto,

I D E M,

Inquisitoribus heretico prauitatis plenam peccatorum veniam concedit. Papa socijs vero Inquisitorum, & notarijs, qui in negotio fidei laborant, & omnibus, qui ex animo præstant consilium, auxiliū, vel fauorem tres annos de imposta penitentia relaxat: quod si qui ex his in prosecutione negotij contraheticos decesserint, plena venia consequuntur peccatorum, de quibus confessi, ore, & corde contriti fuerint.

Edita anno Do  
mini 1259.Ex Archivio cō  
uentus S. Fran  
cisci de Assisi.

LEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis fratribus ordinis fratrum Minorum Inquisitoribus heretico prauitatis in administratione S. Francisci pre sentibus, & futuris, Salutem & Apostolicam benedictionem.

FIRMISSIME teneat vestra prudentia, & nullatenus dubitet, quod Deus indul gentiarum, & pater misericordie considerans merita singulorum, contentus nostris indulgentijs non existit, quin beneficiis gratiam potiorem indulget, & gloriâ superaddat ad quas per fructum boni operis promerendas, fideles Christi frequenter, & libenter nostris remissionibus in uitamus. Cum itaque vos proper Deum, in negotio fidei laborantes, huiusmodi la turibus premijs deceat recreari. Nos vobis velè paenitentibus & confessis, de omnipotentiis Dei misericordia, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, plenam concedimus veniam peccatorum. Socijs autem ordinis vestri fratribus, & notariis vestris, qui vna vobis eum in prosecutio ne huiusmodi negotij laborabunt, & alijs qui ad impugnandum hereticos, credentes, receptatores, factores, & defensores eorum, vobis ex animo auxilium præstiterint, vel fauorem; tres annos de iniuncta sibi paenitentia relaxamus, & si qui ex ijs in prosecutione huiusmodi negotij forte decesserint, eis peccatorum omnium, de quibus corde confitit, ac ore confessi fuerint, plenam veniam indulgemus. Datum Anagniæ xvij. Kalen. Octobris. Pontificatus nostri anno quinto.

And. S.

ALEXANDER III.

Inbet Alexander iiiij. Magistratibus secularibus, vt obseruent constitutiones Innocentij iiiij. quæ su pra suo loco sunt impressæ, quos hic etiam inserit Dominus Alexander iiiij.

Edita anno Do  
mini 1259.Ex Archivio cō  
uentus S. Fran  
cisci de Assisi.

LEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis Potestatibus, sive Rectori bus, Consulibus, Capitaneis, Antianis, Consilijs, & Communitatibus Civitatum, aliquoquin locorum per Italiam constitutis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

AD extirpanda de medio populi Christiani heretico prauitatis zizania, quæ abundantius solito succreverunt, supereminante illa licetius his diebus homine inimico, rato studiis iuxta commissam nobis sollicitudinem infudare proponimus, quanto perniciiosus negligenterus eadem in nec Catholici seminis peruagari. Ut autem auersus nequit a opere rati confurgant stenias, firmiter Ecclesiæ filii, ac orthodoxe fidei zelatores, constitutiones quasdam felicis recordationis Innocentius Papa pre decessor noster ad extirpationem heretico postis edidit, & in Capitularibus vestris conferibi, ac à vobis exacta diligentia obseruari mandavit, quæ seriatim inferius continentur: Ideoq; vniuersitati vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus singuli constitutiones easdem scripsi in vestris capitularibus facientes nullis inde temporibus abolendas, secundum eas contra omnem heresim se aduersus hanc sanctam Ecclesiam extollentem, sine omissione aliqua procedatis. Alioquin ditectis filiis Inquisitoribus, seu Inquisitori heretico prauitatis, & eorum singulis damus ostendis litteris in mandatis, ut singulos vestrum ad id per excommunicationem in personas, & interdicti in terram appellatione remota compellant.

Constitutiones autem sunt haec,

Statuimus, vt Potestas, Capitaneus, seu Rector, seu Consules, sive quicunq; alii, qui Civitati presunt, vel loco alii ad præfens, eut pro tempore prætuerint in futurum in Italia, iurent preciæ; ac sine tenore aliquo attendere inuiolabiliter, & seruare, & facere ab omnibus obseruari toto tempore sui regimini tam in ciuitate, vel loco sui regiminis, quam in terris suæ ditione subiectis, omnes & singulas tam infra scriptas, quam alias constitutiones, & leges tam canonicas, quam ciuiles editas contra hereticam præ viatem,

Inventaria ma  
gistratum de  
fernandis legi  
bus contra ha  
reticos.